UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

III. De poenitentia post ruinas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

Visual Library

ANNO CHRISTI ...

XII. *De oblatione pro defunctis.*
XIII. *De ſacrificio.*
XIV. *De * abſtinenti inſoltiui lequat a cibis.*
XV. *De relinquenda vel docenda patria.*
XVI. *De falſis epiſcopis.*
XVII. *De præpoſito monachorum.*
XVIII. *De tribus ſeminibus euangeliorum.*
XIX. *Qua ætate baptizandi ſunt.*
XX. *De parochiis.*
XXI. *De retinendis vel dimittendis monachis.*
XXII. *De ſumenda euchariſtia poſt lapſum.*
XXIII. *De iuramento.*
XXIV. *De contentione duorum abſque teſtibus.*
XXV. *De toro fratris defuncti.*
XXVI. *De meretrice coniuge.*
XXVII. *De voluntate virginis vel patris in coniugio.*
XXVIII. *De primis vel ſecundis votis.*
XXIX. *De conſanguinitate in coniugio.*
XXX. *De vindicandis aſſuetis.*
XXXI. *De gentilibus qui ante baptiſmum credunt quam pœnitentiam habeant.*

CANONES.

I.

AVDITE Apoſtolum dicentem: *Cum huiuſmodi ne cibum quidem ſumere*; non eius eſcas ſumas cum eo. Ceterum ſi bos ſis & trituras, hoc eſt, ſi doctor es & doces, non obturatur tibi os, & dignus es mercede tua, ſed oleum peccatoris non impinguet caput tuum, ſed corripe adhuc & argue. *1. Cor. 5.*

II.

Contentus tegmento & alimento tuo, cetera dona iniquorum reproba, quia non ſumit lucerna nisi * quod alitur.

**leg.* quo

III.

Statuitur vt abbas videat cui attribuetur poteſtas alligandi & ſoluendi, ſed aptior eſt iuxta ſcripturæ exempla, * veniam. Si vero cum * flem & lamentatione & lugubri cum veſte ſub cuſtodia pœnitentia breuis quam longa & remiſſa cum temperamentis.

**forte* venia.
**forte* fletu